

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorvm
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvnvs Rectè
Obeundum**

**Polanco, Juan-Alphonso de
[Köln], 1617**

Quomodo sit spes erigenda & exercenda. Capvt VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

38 M E T H. A D I V V A N D I

& Filij, & Spiritus sancti, qui dedit tibi
& rebus omnibus esse, virtutem & omne
bonum, quia creator est Cœli, & Ter-
ræ, & vniuersi: memor esto Domini no-
stri Iesu Christi, qui prote, & toto gene-
re humano, cum esset verbum patri co-
æternum, & coæquale, homo fieri vo-
luit: & sic de reliquis articulis, & aduerte
quod quamvis ægrotus sciat explicitè
articulos fidei, quantum satis est, quia
tamen exercere actum fidei, meritorum
& sanctum est, & quia fides est substantia
rerum sperandarum, aliqua ex præce-
dentibus opportunè cum ægroto tra-
gentur, variando modum in proponen-
do, & nunc hoc, nunc illo utendo.

Quomodo sit spes erigenda & exercenda.

C A P V T VI.

Triplex
disposi-
tio circa
spem.

QUI juuat morientem, circa spem
tripliciter procedere potest cum
eo, secundum quod triplex est æ-
grotantis dispositio circa illam, aliqui
enim defectu spci valde laborant, siue ex
complexione timenda id accidat, siue ex
memoria peccatorum multorum, & ma-
gnorum, siue ex Dæmonis instigatione,
qui vt sanis misericordiæ Dei, sine justis-
tia, considerationem proponit, vt pec-
care

Eos
care audeant
sine misericor-
dienia desper-
spe, vel qui-
gisse vident-
munt; vel qu-
diam, & Ch-
ciunt, & suor-
Dei obliuiscer-
ita posteriori
neutrū videt
sed tamen a
speci, & conse-
que ad spem
cendi, de his
suo loco.

Cum au-
ctum sit Deu-
dinis: vt spes
nobis curan-
tiente desida-
nis alterum
nenda augen-
tis vel simili-
nus explican-
tur. Charis
jam accedit
laborum, &
ea est vita.



dedit tibi
n & omne
i, & Ter-
omini no-
toto gene-
patri co-
o fieri vo-
& aduer-
t explicitè
s est, quia
eritorum
substantia
ex præc-
grotto tra-
proponen-
do.

exercenda.

I.

cirea spem
potest cum
plex est x-
am, aliqui
ant, siue ex
idat, siue ex
orū, & ma-
nigatione,
, sine justis-
nit, vt pec-
care

care audeant, ita morientibus justitiam
sine misericordia, ob oculos ponit, vt de-
venia desperent. alij contra excedunt in
spe, vel quia cogitant bona, quæ sibi e-
gisse videntur, & de sua justitia præsu-
munt; vel quia solū in Dei misericor-
diam, & Christi meritum oculos conij-
ciunt, & suorum peccatorum ac justitiæ
Dei obliuiscuntur, & vt priores erigendi,
ita posteriores dirigendi sunt, alij ad
neutrum videntur extreum declinare,
sed tamen ad meritum exercitationis
spei, & consolationem ipsorum, sunt ijs,
quæ ad spem pertinent, juuandi, & exer-
cendi, de his modò agetur, de alijs infrà
suo loco.

Cùm autem primarium speci obje- *Quomo-*
ctum sit Deus, vt fons & auctor beatitu- *do desi-*
dinis: vt spes erigatur, & exerceatur, duc *derium*
nobis curanda sunt, alterū est, vt in mo- *beatitu-*
riente desiderium excitetur beatitudi- *dinis ex*
nis alterum vt confidentia de ea obti- *citandū.*
nenda augeatur. desiderium excitatur
hęc vel similia dicendo, magis vel mi-
nus explicando, prout opus esse videbi-
tur. Charissime mi, bono animo esto,
jam accedit finis peregrinationis tuæ, &
laborum, & afflictionum, quibus ple-
na est vita. præsens: dic cum sancto

Eos

simam. Dic
pedes nostr
Dic cum eo
culatua Do
& deficit an
melior est o
millia O qu
ueneris ciue
les, tantæ d
ideo dicitur
guli sunt Re
iti nos Deo
tes, & regnat
per istam ter
pus, & cum i
ribus regnare
vbi summa q
mors exultat
sunt filij Dei
jucundum e
numero, id
mnib⁹ sapie
simis, tanta c
bus, ut propt
liorū bonis, t

40 MATH. ADIVVANDI

Psal. 121 Propheta; Lætatus sum in his, quæ dicta
sunt mihi, in domum Domini ibimus,
vbi nullam senties molestiam, nullum
dolorem experieris, quia juxta eundem

Psal. 92 Prophetam. Non accedet ad te malum,
& flagellū nō oppropinquabit taberna-
culo tuo, &, vt Ioannes ait: absterget

Apo. 21 Deus omnem lachrymam ab oculis eo-
rum, neque clamor, neque dolor erit ul-
tra, fugiet dolor gemitus. Erige oculos
mentis ad cœlestem illam & securissimā
ciuitatem, vbi nulla jam pericula pec-
candi, nullæ tentationes mundi, carnis,
vel dæmonis, sed victoriae jucundissimus
fructus capietur, quam libenter canta-
re velles cum alijs beatis, ô frater: tran-

Psal. 65. siuimus per ignem & aquam, & eduxisti
nos in refrigerium? quam libenter expe-
rixeris illud Prophetæ: Ecce ego decli-

Ezai. 66 nabo super eos quasi fluum pacis? quam
beatum est, nulla jam in re offendere o-
culos Diuinæ Majestatis, sed viuere in
sanctitate & justitia coram ipso omni-
bus diebus nostris, id est, in tota aeterni-

Heb. 13. tate: Charissime non habemus hanc ciui-
tatem permanentem (vt ait Apostolus)
sed futuram inquirimus, scilicet patriam
nostram Hierusalem cœlestem, ciuitatem
pulcherrimam, spatioſissimam, an ceris
simam



simam. Dic cum Propheta: Stantes erant *Ps. 122.*
pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem.
Dic cum eodem. Quām dilecta taberna- *Psal. 83.*
cula tua Domine virtutum, concupisces
& deficit anima mea in atria Domini: qā
melior est dies vna in atrijs tuis super
millia. O quām gaudebis, cūm in ea in-
ueneris ciues tam amabiles, tam nobi-
les, tantæ dignitatis, tantæ opulentiae!
ideo dicitur regnum cœlorum, quia sin-
guli sunt Reges, juxta illud Apocal. Feci-
tū nos Deo nostro regnum & Sacerdo-
tes, & regnabimus super terram, non su-
per istam terrā, vbi Reges ad breue tem-
pus, & cum magna solicitudine & labo-
ribus regnant: sed super terram viuentiū,
vbi summa quies, vbi vita est perfecta, vbi
mors exulat in sempiternum, vbi omnes
sunt filij Dei, & si filij & hæredes, quām *Rom. 8.*
jucundum erit versari cū societate tam
numeroſa, id est cū Angelis & Sanctis o-
mnib⁹, sapientia ac virtutibus splendidis-
simis, tanta charitate se invicē diligenti-
bus, vt propter eam singuli, omnium a-
liorū bonis, tanquam proprijs fruantur.

Ne sis solitus si corpusculum hoc
consumitur, quia seminatur per mortē
in terra, vt resurgat suo tempore victu-
rum in cœlo Empyreō, sed multò melius

N 5 dis-

quæ dicta
ibimus,
nullum
eundem
malum,
taberna-
absterget
oculis co-
lor crityl-
ge oculos
ecurissimā
cula pec-
di, carnis,
ndissimus
ter canta-
ater: tran-
& eduxisti
nter expe-
ego decli-
pacis? quā
fendere o-
d viuere in
so omni-
ora eterni-
is hic cui-
(Apostolus)
et patriam
m, ciuitatē
am oeris
suman

dispositum, quām modo est nam (vt in-
Cor. 1. quīt Apostol²) seminatur in corruptione,
 surget in incorruptione : seminatur in
 ignobilitate, surget in gloria : seminatur
 in infirmitate, surget in virtute: semina-
 tur corpus animale, surget spirituale, &
 declarari possunt hæc, vt videbitur, & di-
 uidi rursus dici potest (sed magis ijs, qui
 prudentiores sunt & eruditiores) Charis-
 simē, à tenebris ignorantiae huiusmodi
 ad ipsam lucem veritatis , & hominibus
 dum hīc viuunt, absconditam, pergis.

Exod. 33

1.Tim. 6 Non videbit me homo, & viuet, dicit
 Dominus de viuentibus in vita morta-
 li, de quibus etiam ait Apostolus, quòd
 Deus lucem habitat inaccessibilem: sed
 ijs, qui ad cœlestem vitam perueniunt,
 æternam suam varietatem & infinitam
 pulchritudinem facie ad faciem Deus
 ostendit, & tantum bonum est illam vi-
 dere, vt satis sit ad beatos in perpetuum
 faciendos, tam homines , quām spiritus
 Angelicos , ea visio. Vnde Christus ait:
Hæc est vita æterna , vt cognoscant te
 solum verum Deum, & quem misisti, Ies-
 sum Christum. Sed cum hac visione sum-
 mi veri, & summi pulchri conjuncta est
 fruitio summi boni , & possessio in æter-
 num duratura summæ jucunditatis ,
 vnde

Ioan. 17

Eos
 vnde Esaias
 quod nec o
 nec in cor ha
 ta sit magni
 parauit Deu
 potest, descri
 buntur ab ul
 rente volupt
 am apud te c
 fine, cum D
 rat ad fontes
 ma mea ad te
 Deum fontes
 & apparebo a
 dem. Hei mil
 longatus est, &
 ui, & esse cum
 mnibus simul
 debuntur, dice
 vernacula vel
 riens melius i
 gratius erit, &
 Quod attin
 tinenda beatit
 eam ducunt, se
 meritis , qui j
 ci vti poterit
 eas bonas oper
 grotante in co

Eos qui MORTUOS. 43

vnde Esaias , & post illum Paulus ait,
quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, *Esai. 46*
nec in cor hominis ascendit, scilicet quā *I. Cor. 2.*
ta sit magnitudo felicitatis, quam præ-
parauit Deus diligentibus se, quam, ut
potest, describens Propheta, ait. Inebrias *Psal. 35.*
buntur ab ubertate domus tuæ, & tor-
rente voluptatis tuæ potabis eos, quoni-
am apud te est fons vitae. dic ergo charis.
fime, cum Davide. Sicut cervus deside. *Psal. 41*
rat ad fontes aquarum, ita desiderat ani-
ma mea ad te Deus: sitiuit anima mea ad
Deum fontem viuum, quando veniam,
& apparebo ante faciem Dei? & cum eo-
dem. Hei mihi, quia incolatus me⁹ pro. *Psal. 119*
longatus est, & cum Paulo. Cupio dissol-
ui, & esse cum Christo, &c. nec omnia o-
mnibus simul, sed ex his aliqua, quæ vi-
debuntur, dicenda sunt, & paulatim, &
vernacula vel Latina lingua, prout mo-
riens melius intelliget, vel prout eidem
gratius erit, & juuanti commodius.

Quod attinet ad confidentiam de ob- *De ijs*
tinenda beatitudine, & medijs, quæ ad quæ con-
eam ducunt, scilicet gratia, virtutibus & fidentiā
meritis, qui juuat morientem, tripli- *firmam*
ci uti poterit via. Vna, exhortando ad *adiuuāc.*
cas bonas operatiōes, quæ possunt ab *a-*
grotante in eo statu præstari, cuiusmodi

N 6 sunt

sunt eleemosynæ in usum pauperum & piorum operum, ut superius dictum est, vel viuente ipso (quod magis optandum est) si commodè fieri potest, larga manu donatæ, vel testamento aut codicillo saltem relictæ, discretione tam en virtutis, qui juuat morientem, ne quid suadeat, quod secundum rationem, & cum ædificatione fieri nequeat Actiones etiam interiores exercentes Fidem, & Spem & Charitatem, & simul contritionem (de quibus in præcedente, & hoc & sequente capitulo agimus) multum conferunt ad confidentiam augendam, immo & charitatem si seriò & cum affectu fiant, ut morte vicina fieri à quibusdam solet.

Per confederacionem spes excitatatur, primò bonitatis Dei. Alia est via considerationis, cum ea proponit, qui juuat morientem, quæ apta sunt ad erigendum, & roborandum affectum fiduciarum, & cogrotus adnoti debet Proponere ergo potest hæc & similia ad hunc modum: Charissime N. si valde amabilis, & desiderabilis est tibi gloria beatorum, erigere in confidentiam eius obtinendæ, nec vires tuas debiles consideres, sed audi Psalmistam dicentem: Veneriter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Scito quod Deus

psal. 26

chius

Evangelii est dare vult eam contra, & per suam & communem tantæ generem libenter de quod amat pus, immo ut pernum magis. Unde tu non titudinem orat eam tibi fides te obtutus, è n. hilo primis parecuperares, Huius in baptismo propter peccata perdideris, sacramentum reguinis Christi restituit te, ut si te fugient modis quæsi bono non expientem, & cœuebit.

Verte rurter, ad Iesum



euius est dare gratiam, & gloriam, tibi
vult eam conferre, qui honestas est inflati-
ta, & per suam met naturam sui diffusa,
& communicativa sue beatitudinis: &
tantæ generositatis ac nobilitatis est, ut
libentius det magna, quam patua. Addes,
quod amat te, ut artifex amat suum o-
pus, in modo ut pater filium suum, cuius bo-
num magis desiderat, quam ipse filius.
Vnde tu non tam ardenter desideras bea-
titudinem ostinere, quam Deus deside-
rat eam tibi dare: quare ergo non con-
fides te obtentum? ad hoc ut es bea-
tus, è n hilo creavit te: & ut perditum à
primis parentibus ius regni cœlorū re-
cuperares, per mortem virginis Filij
sui in baptismo adoptauit te: & cum
propter peccata propria illud ius saepè
perdideris, per gratiam contritionis &
sacramentum poenitentiae, in virtute san-
guinis Christi, saepè in pristinum statum
restituit te, ut sis filius, & heres regni sui,
si te fugientem, & contemnentem se, tot
modis quaesiuit, ut ab ipso, id est summo
bono non excideres, quanto magis ca-
pientem, & querentem, ad illud promo-
uebit.

Verte rursus oculos, charissime fra-
ter, ad Iesum Christum, Dominum no-
strum,

*Secundo
merito
rū Christi
sti.*

strum, & considera ea quæ pro te agere
& pati triginta tribus annis dignatus est,
& quod propter diuinæ personæ digni-
tatem infinitam, & propter excellentissi-
mæ gratiæ, charitatis, obedientiæ, & pa-
tientiæ perfectionem, excedit eorum va-
lor omnia creata bona, tam temporalia,
quam perpetua, quæ omnibus & singu-
lis hominibus conferri possunt; & tamen
iustum est, ut tanto pretio pro nobis so-
luto, fructus nostræ salutis respondeat:
ipse autem est ad quem pertinet beatitu-
dinem tibi donare, qui tantoper te a-
mauit, & beatum facere concupiuit, ut
propter id factus sit homo, propter id
mortuus sit in cruce, propter id ipsum in
cibum, in Eucharistia, se tibi tradiderit,
ut sicut tibi in hac vita se dat velatum ad
meritum, ita in vita æterna se tibi det re-
velatum ad gloriam, quomodo ergo ta-
lis frater te non cohæredem faciat, qui
sic exinanitus, & pauper pro te factus est?
talis amicus, qui pro te nihil petente de-
dit vitam suam, te supplicem & ab ipso
beatitudinem cum fiducia petentem,
non exaudiet?

Tertiò,
tot in-
tercessio-
nū Ma-
ria.

Vide etiam charissime, quam mul-
tos intercessores habetas apud Deum,
quantæ auctoritatis apud ipsum, quam
tibi

Eos

tibi beneuo-
Matrem, qu-
dum viueres
ter misericor-
mo bono pr-
per diuina au-
magis in hac
ergo illi. Eia
tuos miseric-
uerte, & Iesu
tris tui nobis
& quæ sequu-
ordines cæle-
tuum custod-
te & dic: On-
tuum ordine-
nes Sancti,
uenti patroni
portuno, qua-
pete eorum
Omnes Sancte
pro me, ha-
fidentes erig-

Alia est vi-
cet orationu-
bent ex scrip-
tæ ut præeu-
ægrotus, or-
corde, qua-

tibi beneuolos , in primis beatam eius *Ange-*
Matrem, quæ est felix cœli porta , & si *lorum*
dum viueres tibi fuit mater gratiæ, ma & San-
ter misericordiæ, vt nō excideres à sum &
torum.
mo bono propter peccata , sed ad illud
per diuina auxilia promouereris, multò
magis in hac hora tibi erit propitia. Dic
ergo illi. Eia ergo aduocata nostra, illos
tuos misericordes oculos ad nos con-
uerte, & Iesum benedictum fructum vē-
tris tui nobis post hoc exilium ostende,
& quæ sequuntur. Omnes hierarchias &
ordines cælestes , & peculiariiter Angelū
tuum custodem, tibi adesse intellige pe-
te & dic: Omnes Sancti beatorum spiri-
tuum ordines, intercedite pro me. Om-
nnes Sancti, & illi præcipue , qui tibi vi-
uenti patroni fuerunt , in tempore op-
portuno, quale hoc est, nō tibi deerunt:
pete eorum ex animo auxilium, & dic:
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, intercedi-
te pro me, hæc utilia etiam erunt ad dif-
fidentes erigendos , de quibus infra.

Alia est via ad spem excitandam, scili- *Per ora-*
cet orationum, quæ breues formari de-
bent ex scripturis de sumptu vel deriuat-
ionem *spes ex-*
tæ ut præeunte eo, qui iuuat, sequatur *citatur.*
ægrotus, ore simul & corde, vel saltu-
corde, quales sunt , quæ sequuntur:

Pater

48 M E T H . A D I V V A N D I

Pater sancte, qui creasti me ad te, inquitum est cor meum, donec perueniat ad te: ducas me precor, licet propter peccata indignissimum, ad te ultimum & felicissimum finem meum, per infinitam misericordiam tuam.

Pater, qui me figmentum manuum tuarum in gratiam unigeniti Filii tui adoptasti, & eius cohaeredem esse voluisti, quamuis propter peccata mea indignissimus factus sim tanto bono, fac mecum secundum diuitias bonitatis tuae, & per eundem Dominum Iesum Christum deduc me ad confitendum nomini tuo in sempiternum.

Pater, qui ut seruum redimeres, unigenitum Filium tuum dedisti, & in eo peccata nostra puniuiti, miserere mei, & ne permittas ab ultimo me sine excidere, nec pereat in me tantum pretium, quo redemisti me, sanguinis scilicet & vitae Filii tui dilectissimi Domini nostri Iesu Christi.

Psal. 30. In te Domine speravi, non confundar in eternum, in iustitia tua libera me.

a. Cor. 1. In Domino meo Iesu Christo, qui factus est mihi iustitia, sanctificatio & redemptio salua me, & ad te videndum deducere digneris.

Qua-

Eos

Quare tristis
perturbas me
ad hoc confite
mei, & Deus me

Beati qui habent
mine, in saecu
lo. Dedicatus es
cum, ubi te possum
multis magis
gratias in te

Dominus tuus
& afflictionis
& corpus tuu
sti, ut bonis æ
animum & co
dixisti. Ego su
redit in me, ex
uet & qui vivi
riet in eternu
diam tuam,
terra viventia
sum. Deus mi

Introibo in
ad facilius te
boracemini in
Iesu Christo, &
te, qui es via,

Prouideb
et tu meo semper



EOS QVI MORIVNTVR. 49

Quare tristis es anima mea, & quare *Psal. 4.*
perturbas me? spora in Deo, quoniam
adhuc confitbor illi, salutare vultus
mei, & Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua, Do-
mine, in saecula saeculorum laudabunt
te. Deducat me bonitas infinita, ad lo-
cum, ubi te perpetuo laudare, & de tam
multis magnisque beneficiis agere di-
gnè gratias in sempiternum possim.

Dominus Iesu Christus, qui doloribus
& afflictionibus mihi debitis, animam
& corpus tuum sacratissimum impleui-
sti, ut bonis æternis, & felicitate debita,
animum & corpus meum impleres, tu
dixisti. Ego sum resurrectio & vita, & qui *Iean. 12.*
credit in me, etiam si mortuus fuerit, vi-
uet & qui viuit & credit in me, non mo-*Psal. 26.*
rietur in eternum, credo in te misericor-
diam tuam, & spero videre bona tua in
terra uiuentium, adiuua me per temeti-
sum, Deus meus.

Introibo in domum tuam, adorabo *Psal. 1.5.*
ad sanctum templum tuum, & confite-
bor nomini tuo, te deducente, Dominus
Iesu Christus, & ad temetipsum perducen-
te, qui es via, veritas & vita nostra.

Proutidebam Dominum in conspe-*Psal. 15.*
ctu meo semper, quoniam à dextris est
michi

Qua-

mihi, ne commouear; propter hoc læta-
tum est cor meum, & exultauit lingua
mea insuper, & caro mea requiesceret in
spe: quoniam non derelinques animam
meam in inferno: notas mihi fecisti vias
vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu
tuo, delectationes in dextera tua usque
in finem.

*Quomo-
do spei
misericor-
da est
contris-
tio.*

Psal. 50.

Vt etiam cū spe contritio misceatur,
possent dici sequentes versus, Miserere
mei Deus, secundum magnam miseri-
cordiam tuam: Et secundum multitudi-
nem miserationum tuarum, dele iniqui-
tatem meam Amplius laua me ab iniqui-
tate mea, & à peccato mea munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cog-
nosco, & peccatum meum contra me
est semper. Tibi soli peccaui, & malum
coram te feci, & infra. Asperges me,
Domine, hyssopo, & mundabor, lauabis
me, & super niuem dealabor. Auditui
meo dabis gaudium & lætitiam, & exul-
tabunt ossa humiliata. Auerte faciem
tuam à peccatis meis, & omnes iniqui-
ties meas dele. Cor mundum crea in me
Deus, & spiritum rectum innoua in vis-
ceribus meis. Ne proijcas me à facie
tua, & spiritum sanctum tuum ne aufe-
ras à me. Redde mihi lætitiam salutaris
tui,

Eos
tui, & spirit
Ad reparar
ximis illata,
vel imperfect
cere, quos vo
tur ægrotus i
tunus videb
reparator me
so, quæ ego d
do donis tuis
proximis, ma
nibus meis ip
so detrimēta
inutiliter &
dona tua, &
profectum m
sed tu de th
satcire potes
etiam aman
perfectionen
pter rapidita
vanitatis, &
ctionum, ex
ris, & meriti
rum defectu
obsecro indi
cum omnibus
ex tam perfe
& cum diui

tui, & spiritu principali confirma me. Spes ex-

Ad reparanda etiam mala, sibi & pro- tedium
ximis illata, & bona amissa, vel omissa, ad repa-
vel imperfecte acta, posset sequentes di rationē
cere, quos voce vel saltem animo sequa- ^{vita ap-}
tur ægrotus interpolatim, vel ut oppor- teallæ.

tunius videbitur. Domine Iesu Christe,
reparator meus es tu, instaura ergo quæ-
so, quæ ego destruxi in meipso, abutens
do donis tuis ingratissime cōtrā te: & in
proximis, malo exemplo verbis, & actio-
nibus meis ipsum offendens repara quæ-
so detrimēta virtute meæ, quam heu nimis
inutiliter & male transfigi, amittendo
dona tua, & omitiendo quæ agere ad
profectum meum, & proximorū debui:
sed tu de thesauro tuo inexhausto re-
farcire potes omnia hæc damna: supple
etiam amantissime Domine IESU, im-
perfectionem actionū mearū quæ pro-
pter repiditatem meam, & admixtionem
vanitatis, & aliarum mearum imperfe-
ctionum, ex parte meæ exigui sunt valo-
ris, & meriti, nisi de tua plenitudine ea-
rum defectum suppleueris, coniunge
obsecro indignissimum obsequium meum
cum omnibus, quæ tu egisti & passus es
ex tam perfecta charitate & obedientia:
& cum diuiniis satisfactionum & meti-
torum

32 M E T H . A D I V V A N D I

torum dilectionis tuæ , patri æ terno il-
lud offerre digneris, ut de tua plenitudi-
ne mea paupertas ditetur coram diuina
iustitia , & bonitate : & sic aliæ possent
formari orationes, si sit opus.

Ad deprecandam etiam pœnam , & p.
Spes ex. Indulgentia plenaria supplicadum, pos-
teditur sunt dicit sequentes orationes. Pater mi-
ad pœ. sericordiarum , & Deus totius consola-
nam pœ. tionis, qui etiam serui bona tua dissipan-
datorum tis & nequam miserrus omne debitum
depre- eius dimisisti, quia rogauit te, ego seruus
cādam. ille nequissimus, qui toties non tempo-
Mat. 18. rales solūm, sed æternas pœnas comme-
rui , à te tamen suppliciter peto , ut pro-
pter bonitatem tuam , & propter passio-
nem & mortē Domini nostri Iesu Chri-
sti, in quo omnes nostras iniquitates po-
suisti , & puniuisti , condones mihi vni-
uersa delicta mea , & pœnas etiam pro-
pter ea debitas, dimittere digneris.

Iesu. 3. Domine Iesu, cui pater omne iudicium
Matt. 6. dedit, qui dixisti: si dimiseris homini-
bus peccata eorum, dimittet & vobis Pa-
ter vester celestis delicta vestra Ecce ego
ex animo dimitto propter te, omnibus,
qui me quocunque modo offendierunt:
& si in multò pluribus me offendissent,
propter te paratus essem eis dimittere.

Cle-

Eos q

Clementiam
dum multitu-
veritatem pro-
citer applices
pro me persol-
ctè dimittas p-
mnes culpas &
custodia corp-
tius ad confit-
misericordias
das perueniat
poilent, qua-
euntur, ad spe-
fidei & charit-
is fixi imagi-
vt liter dici p

Quomodo cl-
ercent

C A

Q Vod attin-
operam q
ea exerceatur
finis & summa
optima dispe-
hac vita in fu-
augente, reddi-
intenti sint,



Clementiam ergo tuam precor, ut secundum multitudinem miserationum, & veritatem promissionum tuarum, efficaciter applices mihi satisfactionis, quam *Psa 141.*
pro me persoluisti, thesaurum, & perfecte dimittas peccata mea, veniam ad omnes culpas & poenas extendendo, ut ex custodia corporis educata anima mea, citius ad confundendum nomini tuo, & ad *Ps. al. 83.*
misericordias tuas in aeternum canandas perueniat, & aliæ eiusmodi formari possent, quædam ex his, quæd. cap. dicuntur, ad spei exercitationem (ut etiam fidei & charitatis, & contritionis) crucifixi imaginem in manibus habendo, ut liter dicit poterunt.

Quomodo charitas in moriente sic exercenda & promouenda.

C A P V T VII.

Quod autem ad charitatem serio det operam qui iauat morientem, ut in ea exerceatur & inflammetur, est enim finis & summa bonorum omnium, & optima dispositio ad transcendendum ab hac vita in futuram, inquit quia maior, Deo augente, reddi potest piis actionibus, si intentati sint, & ad premium augendum valde

Cle-